Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



226

Et erant pater eius et mat̃ mirantes super his que dicebant̃ de illo. Et
benedixit illis Symeon: et dixit ad ma
tem matre eius. Ecce positus e hic
in ruinã et in resurrectionem multorũ in isr̃l:
et in signũ cui contradicetur. Et tuam
ipsius aiam pertransibit gladius: ut
reuelentur ex multis cordibus cogitationes.
Et erat anna prophetissa filia phanuel
de tribu aser. Hec processerat in dies multos:
et vixerat cum viro suo annis septem
a virginitate sua. Et hec in viduitate erat
usq; ad annos octoginta quatuor: q̃ non
discedebat de templo. seruiens die ac nocte.
Et ipsa
hora superueniens confitebatur domino: et
loquebatur de illo omnibus q̃ expectabant
redemptionem israel. Et ut perfecerũt omnia
secũdm legem domini: reuersi sunt in galileam in
ciuitatem suam nazareth. Puer autem
crescebat et confortabatur plenus sapiẽtia:
et grãa dei erat in illo. Et ibant parentes
eius per omnis annos in hierlim in die
sollempni pasche. Et cum factus esset annorũ
xii. ascendentibus illis iersalem.
secũdm consuetudinem diei festi. consumma
tis diebus: cum reuerterẽtur remansit puer
iesus in iersalem: et non cognouerũt pa
rentes eius. Existimantes autem illũ
esse in comitatu: venerunt iter diei: et re
quirebant eũ inter cognatos et notos.
Et non inuenientes: regressi sunt in iersalem
requirentes eũ. Et factũ est post triduũ
inuenerunt illũ in templo sedentem in me
dio doctorũ. audientem illos et interro
gantem. Stupebant autem omnes q̃ eũ
audiebant super prudentia et responsis eius.
Et videntes admirati sunt. Et dixit mater
eius ad illũ. fili. quid fecisti nobis sic?
Ecce pater tuus et ego dolentes quere
bamus te. Et ait ad illos. Quid est quod
me querebatis? Nesciebatis quia in
his que patris mei sunt oportet me esse?
Et ipsi non intellexerunt verbũ quod lo
cutus est ad illos. Et descendit cum eis
et venit nazareth: et erat subditus illis.
Et mater eius diligebat hec omnia conferens in
corde suo. Et iesus proficiebat sapiẽtia et ae
tate et gratia apud deũ et homines. Ca. iij.
Anno autem xv imperii tiberii ce
saris procurante pontio pilato
iudeam. tetrarcha autem galilee
herode. philippo autem fratre eius tetrarcha
ituree et trachonitidis regionis. et lysanio
abilene tetrarcha. sub principibus sacer
dotum anna et caiypha: factum est verbũ dei
super ioãnem zacharie filium in deserto. Et
venit in omnem regionem iordanis. predi
cans baptisma penitencie in remissionem
peccatorũ: sicut scriptum est in libro sermonum
isaie prophete. Vox clamantis in deserto pa
rate viam domini: rectas facite semitas eius.
Omnis vallis implebit: et omnis mons et col
lis humiliabit: et erunt prava in directa: et
aspera in vias planas. Et videbit omnis
caro salutare dei. Dicebat ergo ad turbas
iohannes. que exibant ut baptizarentur
ab ipso. Genimina viperarũ: quis ostendit
vobis fugere a ventura ira? facite ergo
fructus dignos penitencie: et ne cepitis
dicere. patrem habemus abraham. Dico enim
vobis: quia potens est de lapidibus istis
suscitare filios abrahe. Jam enim securis
ad radicem arborũ posita est. Omis ergo arbor
non faciens fructũ bonũ: excidetur et in
ignem mittetur. Et interrogabant eũ turbe
dicentes. Quid ergo faciemus? Respondens
autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas
det non habenti. Et qui habet escas similiter
faciat. Venerũt autem et publicani ut bap
tizarentur: et dixerunt ad illũ. Magister quid
faciemus? At ille dixit ad eos. Nichil